



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Amos, Abdiam, Et Ionam Prophetas, Commentarij  
Francisci Lamberti Auenionensis**

**Lambert, François**

**Argentorati, 1525**

**VD16 B 3868**

Pars Secvnda. Secundo, quod Deus illum proinde increpauit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35983**

**COMMENTAR. CAPVT IIII.** 127

debuit. **N**imia & effrenata ira sic exceduit, ut odiret uitam suam, ac mori cupere t, eo quod **N**iniuite non desperabantur, pro quorum salute magis uelle mori debuerat, ac sicut bonus pastor, animam suam pro eis ponere. Sed non potuit fieri, ut periret electus **D**ei, ideo non occidit eum cum uoluit mori, sed in uita seruauit, ut uiuens resipisceret, in suam æternam salutem.

**P A R S S E C V N D A.**

**E**t dixit Dominus .

**P**ut asne, bene  
irascitur  
tu?

**N**on reprehendit illum Deus, sine causa, et iniuste, sed quia uere peccauerat, quod maxime ex uerbis Domini colligimus. **P**ut asne, inquit, bene irasceris tu? **Q**uod di. **N**on Ergo male irascebatur. **B**ene irascitur, qui id facit, ex fide & secundum uerbum **D**ei, ut dum quis irascitur, dum calcatur ueritas, regnatq; munda cium & impietas. **M**ale autem irascitur, qui diuerso modo id facit. **S**ic male irascitur, tota filij perditi **S**ynagoga, contra ueritatem **E**uangelicam, & ministros eius. **S**i **N**iniuite non resipuissent, & non credidissent **D**omino, ad uerbum **I**one, ipse **I**onas bene iratus fuisset. **Q**uia autem,

FRANC. LAMB. IN IONAM.

Autem, non irascebatur, nisi quia fuerant Dei misericordiam consecuti, quam illis à Deo omni solicitudine precarri debuerat, profecto male iratus fuit. At quisquis male irascitur, peccat: qui autem bene irascitur, rem Deo acceptum facit. Hinc Psa. 4. præcipitur irascimini, & nolite peccare. Sic bene iratus fuit Dominus, cum factus ē suniculus flagello, ē templo pepulit, uendentes & ementes. Male autem irascebantur iudei, in Christum, Stephanum, apostolos, & alios sanctos.

P A R S T E R T I A.

Egressus est Jonas de cœitate, & sedet contra orientem ciuitatis, et fecit sibi ipsi umbra culum ibi, & sedebat subter illud in umbra, donec uideret quid adcederet ciuitati. Et præparauit Dominus Deus hederam, & ascendit super caput Ionæ, ut esset umbra super caput eius, & protegeret eum. Laborauerat enim. Et letatus est Jonas super hedera, letitia magna. Et parauit Deus uermem, ascensu dilticu*li* in crastinum, & percussit hedera, & exaruit. Et cum ortus fuisset Sol, præcepit Deus uento calido & urenti, & percussit Sol super caput Ionæ, & estuabat. Et petivit animæ